



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXX. Excludere, Exclusio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

II.

Ex nimis & excessivis suspicio finisterrima oritur, post Bursat. & Molin. Cothmann. 5. resp. 33. num. 22. Vitiosum enim quod nimium, l. cum plures 12. §. nimium 2. ff. de admin. tut. Cujac. lib. 49. Paul. ad edit. l. 2. de aq. & aq. plur. arcend.

III.

Excedens in aliquā re tenetur de damno subsecuro, hinc cum equi curfus publici non lignis & fustibus, sed flagellis & calcariibus incitandi sint l. 1. C. de curs. publ. si equus illis casus factus fuerit deterior vel extinctus, de damno tenetur. Perez. C. de curs. publ. n. 8. 13. hinc agens in rebus, qui supra numerum Erectionis veredum usurpaverat, in quadruplum animalis pretium condemnabatur. l. 15. C. eod. Brunneum, C. ibid. col. 4.

Exclamatio vid. infra vociferatio.

CAP. XXX.

Excludere, Exclusio.

Axioma I.

Excludere verbum est propriè privativum, præsupponens habitum sive jus, quod excluditur. l. 2. ff. de Except. l. si ponas 23. §. hereditatem. l. ff. de inoffic. testam. l. 1. §. 1. ff. fam. hercise. l. 19. vers. si enim ipse, ibi: beneficio excludatur. C. de jur. delib. Bocer. de invest. feud. c. 5. n. 66.

II.

Exclusio unius alterius est inclusio, l. 12. in princ. ff. sol. matrim. l. 21. C. de procurat. l. 18. §. 11. de instr. legat. l. 2. ubi Cujac. quod fals. tut. Menoch. consil. 158. n. 29. lib. 2. & consil. 216. n. 22. lib. 3. Bocer. de invest. feud. cap. 4. n. 34. vide Wesemb. 2. consil. 94. n. 34. qui enim ulteriores in ordine successione tantum excludit, proximiores in jus successionis inclusisse videtur. Wesemb. d. consil. n. 34.

Declarata hanc regulam procedere de speciali. Ubi enim aliquid proponitur tanquam speciale & singulare, ibi colligitur regulam esse in contrarium, post Everhard. & alios, Wesembec. in Comment. C. ad Sct. Vellejam. n. 27. quod non procedit, cum ille casus, qui exclusus videtur, alia dispositione vel ratione includeretur. Dec. in l. 1. in princ. in 3. lectura. n. 84. ff. si cert. pet. & consil. 11. n. 18. & in specie Paris. consil. 111. n. 39. lib. 1. Menoch. 2. arb. jud. cas. 65. n. 18. cum per inclusionem unius non excludatur id, quod alia ratione vel viā comprehendere potest. Riminald. in pr. instit. de donat. n. 313. Rauchbar. p. 1. quest. jur. Civil. & Saxon. q. 48. n. 22. Sic etiam inclusio unius non est exclusio alterius in iis, quæ sunt de genere permissorum, vel si casus inclusi non jure speciali, sed communi determinentur, Baldus in l. 2. in fin. C. ad Leg. Jul. de adul. Ruin. consil. 157. n. 19. vol. 1. quos refert Riminald. in princip. Instit. de donat. n. 310. Schrader. in tract. feud. p. 2. cap. 9. in princip. sect. 2. n. 68. Rauchbar. d. p. 1. quest. jur. civil. & Saxon. q. 48. n. 20. vid. infr. lib. 1. c. Inclusio.

III.

Exclusio in dubio intelligitur esse perpetua. Anchar. consil. 220. Hæc questio. sub n. 1. vers. nam omnis exclusio. col. 1. Socinus jun. consil. 110. in præf. n. 7. vol. 2. Pacian. consil. 49. n. 56.

IV.

Exclusionis causa cessante cessat & ipsa exclusio. cap. cum cessante 60. de appellat. l. fin. §. ait l. ff. de divor. Tiraquell. in tr. cessante causa. per tot. cum infinitis aliis allegat. Phil. Matth. 2. Consil. Marp. 26. num. 35. unde quæ temporalitatem habent, ad exclusionem perpetuam trahere non est permillum. l. Epistola 52. §. fin. ff. de pact. Gilman. 4. 1. vol. 7. n. 35. quando persona una est exclusa, omnes ex ea descendentes exclusæ intelliguntur. Angel. in §. reliquum. vers. ex diverso. Auth. de hered. ab intest. Baldus in l. ult. col. 1. C. de lib. præter. & in l. ult. in fin. C. de V. S. Alex. consil. 174. vol. 5. Cuman. consil. 117. in pr. Tib. Decian. resp. 3. n. 30. vol. 2. & resp. 13. n. 9. vol. 3. Phil. Matth. 1. Consil. Marpurg. 31. n. 37.

V.

Exclusio statutaria est quædam exhereditatio legalis. Bartolus in l. 1. §. sciendum. ff. de suis & legitim. Surdus consil. 237. n. 4. Baldus in l. 1. C. de revoc. his, quæ in fraud. cred. Corn. 1. consil. 89. num. 6. consil. 2. n. 90. vol. 3. consil. 82. n. 9. vol. 4. Gail. 2. observat. 140. num. 13. Mynt. respons. 20. n. 60. & resp. 50. n. 20. Goedd. 1. consil. 26. n. 132. Brun. in tract. statut. art. 4. n. 2. Natta ibidem. q. 4. n. 126. 142. & 150. & idem stricte intelligenda & interpretanda. Glossa in cap. statutum. 3. de præbend. in 6. in verb. numerandum.

VI.

Exclusio liberorum à successione legitimâ, jure & naturâ debitâ, solo consilio non inducitur, nec perficitur, sed præceptum & diserta exclusio est necessaria. Nov. 115. cap. 3. §. 1. & 2. Instit. de exhered. lib. Coraf. Castr. Baldus, & alii in l. non dubium. §. C. de Legib. Gloss. & Zaf. ad l. 7. ff. eod. Goedd. 1. Consil. Marp. 26. n. 140.

VII.

Excludere à jure qui vult aliquem, quod sibi de jure naturæ vel civili competit, debet id probare, per quod excludatur. Bald. in consil. 19. Factum tale est vol. 5. Alciatus præsumpt. 14. num. 3. vers. & propter. reg. 2. Menoch. lib. 2. de præsumpt. præf. 30. n. 50. vers. potest etiam adferri. Pacian. 2. de probat. cap. 24. n. 27.

CAP. XXXI.

De Excommunicatione.

Axioma I.

Excommunicatio est ultimum & subsidiarium remedium, fitque post tres admonitionis gradus. Speckh. 2. cl. 3. q. 16.

II.

Excommunicatio similis est banno, non tamen eodem effectus habet, quia non privat rerum dominio, nec contractus cum excommunicatis factos annihilat. Mager. de Advocat. arm. cap. 8. n. 138. & segg. Ayter in process. 1. cap. 5. O. 3.